

**NOVELLA-
RVM CONSTITVTIO-**

*num DN. Iustiniani principis, quæ
exstant, & vt exstant, volumen.*

APPOSITI SVNT ITEM

Canones sanctorum Apostolorum per
Clementem in vnum congesti,

Gregorio Haloandro interprete.

ACCESSERVNT ET HAEC,

Feudorum libri duo.

CONSTITVTIONES

Lotharij, Conradi, Friderichi secundi, &
Henrici Imp. De pace Constantiæ facta
inter Friderichum Impera. & Henricum
filium.

PARISIIS,

*Apud Carolam Guillard, & Guilielmum
Desboys, sub sole aureo in vico Iacobæo.*

M. D. LII.

Coll. Soc. IESV Salm. ex dono Regum

Coll. Soc. IESV Salm. ex dono Regum



LECTORI.

O Per aprecium fore rati sumus, candide lector, præ-
 monuisse te, ne statim illotis (quod aiunt) mani-
 bus ad harum Nouellarum Constitutionum lectionem
 properans, diuersorum characterum in eodem contextu,
 nonnunquam dimidiata sententia insertorum, ceu huma-
 no capiti ceruicē equinam adnexam, aut absurda qua-
 dam nouitate variis aenem conuestitam plumis intutus,
 admiratione capiaris. Hoc ceriē eam ob rem per totius
 operis seriem obseruatum est: ut quidquid ad supplendā
 sententiam interpret inseruerat, curarem in minusculis
 literis id describi, quò facilius ab his quæ tantum ha-
 bet Græcum, discerni posset. Eodem rursus consilio, ma-
 iusculis exarata sunt literis constitutiones aliquot, quæ
 Latine initio fuerant editæ, & in Græco vel penitus de-
 sunt, vel paucis tantummodo verbis exprimitur senten-
 tia. Porro singulis argumētis (quæ vulgus summaria vo-
 cat) præfigi curauimus Argumentum, ne imprudens
 lector ea cum textu iisdem typis sæpius descripto con-
 funderet. Postremò tua erit candida beneuolētiæ nostros
 eo animo labores accipere, quo nos, ut quàm emendatum
 exemplar in manibus studiosorum versaretur, immensis
 laboribus operam impendisse nulli non legenti planum
 iuxta ac perspicuum fiet. Vale feliciter.

Index Titulorum qui

SINGVLIS DN. IVSTINIA-

ni sacratiss. principis & Augusti No-

uellis Constitutionibus in hoc

volumine argumentorum

loco præfixi sunt.

- 1 De hæredibus & Falcidia.
- 2 Ne mulieres, quæ nuptias iterant, electionem habeant, in quem filiorum donationem ante nuptias conferant. de quæ aliis capitulis.
- 3 Vt determinatus sit numerus clericorum sanctiss. maioris ecclesiæ, neque non cæterarum sanctiss. ecclesiarum huius augustiss. vrbs.
- 4 Vt creditores primum aggrediantur principales debitores mox illis soluendo non existentibus, secundo loco mandatores etiam, aut constitutæ pecuniæ reos, aut fideiussores.
- 5 De monasteriis, & monachis, & eorum antistitibus.
- 6 Quomodo oporteat episcopos & cæteros clericos ad ordinationem perducere, & de expensis ecclesiarum.
- 7 De nõ alienandis, aut permutandis rebus ecclesiasticis immobilibus, aut in specialem hypothecam dandis creditoribus, sed vt sufficiat generalis hypothecæ.
- 8 Vt præfides absq; vlla datione pecuniæ ad officia mittantur.
- 9 Iusiurandum, quod præstari solet ab iis, qui officia suscipiunt.
- 10 Vt ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscriptione.
- 11 De referendariis sacri palatii.
- 12 De incestis & nefariis nuptiis.
- 13 De plebeiis prætoribus.
- 14 Ne quo in loco per Imperiũ Romanum lenones sint.
- 15 De defensoribus ciuitatum.

A Nouellarū con-
 STITVTIONVM IVSTI-
 niani Principis post repetitam
 Codicis prælectionem edita-
 rum liber, Gregorio Ha-
 loandro interprete.

B DE HAEREDIBVS ET FALCI-
 dia. Constitutio prima.

ARGVMENTVM.

*Communis rei publicae cura occupat principem ad cogitandū pro
 republica: & subiectorum vsilitas, & eorum interpellatio, legis cō-
 denda occasionem praebent. Liberis & parentibus, interdum etiam
 fratribus ex necessitate debita portio debetur: aliis ex voluntate.
 Bartolus.*

C Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacro-
 rum per Orientem praetoriorum praefecto, iterum
 ex consule & Patricio.



QUONIAM in curarum genere nobis circa re-
 publicam occupatis, neque de re pac-
 ua cogitationem instituentibus, sed
 quomodo hinc Persae mansuescant,
 hinc Vandali cum Mauritanis obe-
 diant, hinc Carthaginienses pristina
 nobis libertatem acceptam referant,
 quasque nunc primum in ditionem
 Romani nominis redacti inter subditos perseverant, id
 quod usque adhuc nondum deus Romanis, nisi sub nostro
 Imperio